



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

XCVI. Markgraf Woldemar vereignet dem Stifte zwei Hufen in Göhre, am  
29. Juni 1319.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

**XCVI.** Markgraf Woldemar vereignet dem Stifte zwei Hufen in Göhre, am 29. Juni 1319.

— nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Notum esse volumus universis Cristi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ob reuerentiam ihesu Cristi et beatissime virginis genitricis sue ac in remissionem nostrorum peccaminum atque in salutem animarum nostre, nostrorumque progenitorum dedimus et damus, donauimus et per presentes literas liberaliter donamus duos mansos sitos in villa Gore, quos hynricus Wokkendorp, Sacerdos, de Hamborch dictus, Vicarius ecclesie Sancti Nycolai in stendal, ecclesie supradicte nostre dicionis pure propter Deum et in remissionem suorum delictorum et ob salutem animarum suorum progenitorum apposuit, cum omni proprietate, commodo, honore et utilitate, usufructu et libertate perpetuis temporibus duraturis, Tenunciantes simpliciter pro nobis nostrisque heredibus, si quos Deo annuente procreauerimus, et successoribus, omni iuri, actioni et libertati atque proprietati, que nobis in dictis duobus mansis hactenus competebant, vel possent competere in futurum, ita quod ipsos mansos et possessores eorum ex nunc et in perpetuum ab omni seruitio et precaria, quocumque nomine censeantur, liberos esse volumus penitus et exemptos, Nichilominus Canonici predictae ecclesie memoriam solempnem dicto domino hynrico perpetue facientes. — Presentibus testibus ydoneis scilicet Nobili Viro Domino Gunthero Comite de Keierenberg, Conrado et Redekino de redere, Henningo de blankenborch, Frederico et Hynrico de scepelitz, Broyskyno nostre curie pincerna et Gherardo de Kerkow militibus, ac Euerardo nostre curie capellano et notario cum aliis pluribus fide dignis. Actum et Datum Tangermundis, Anno Domini Millesimo trecentesimo decimo nono, In die Apostolorum Petri ac Pauli beatorum.

**XCVII.** Die Markgräfin Agnes vereignet dem Domstifte das vom Ritter Ebeling von Buzt verkaufte Gericht des Dorfes Neuendorf, am 13. Mai 1320.

In nomine domini amen. Nos Agnes, dei gratia Marchionissa de Brandeburch, Recognoscimus — Quod strenuus miles Ebellingus de buzt vendidit iusto contractus titulo canonicis ecclesie s. Nicolai in stendal, hoc est ipsi Ecclesie, Judicium ville Nyendorpe in alto et basso, cum omnibus seruiciis, distinctionibus et pertinenciis et in ipsa villa iam dicta decem frusta reddituum, Que singula iam nominata nos consulis Ciuitatis nostre in stendal ad vsus et ad manus Canonicorum predictorum duximus conferenda. In quorum recognicionem sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Testes huius vendicionis et collacionis sunt strenui viri Conradus de Osterburch noster aduocatus, Gereko de Kerkowe, Mathias de Jagowe, henning de brunckowe, Ebel de Luderiz, milites, Roxze armiger, beteke de Hemert ac Egelke Castel ciues in Stendal et alii quam plures, quibus fides noscitur inpendenda. Datum stendal, anno domini Millesimo Triscentesimo XX°, in beati seruatii die confessoris atque pontificis.

**XCVIII.** Die Herzogin Agnes von Braunschweig schenkt zum Seelenheile ihres verstorbenen Gemahls, des Markgrafen Woldemar, der Kirche zu Peulingen eine Hufe Landes, am 25. Mai 1320.

Agnes, dei gracia Ducissa Brunefwigensis. Notum — sit tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis, Quod pro remedio anime nostri venerabilis domini Woldemari Mar-